

de homicid. in 6. & Bulla præcitata Gregor. XIV. Suar. sup. num. 15. Farinac. de immunit. cap. 8. num. 118. Delbene dubit. 21. sect. 1. num. 2. Gonni fallent. 15. fol. 99. Dian. p. 6. tract. 6. ref. 1. Clar. in prax. §. Assassinium, num. 5. Bonacin. d. punct. 19. §. 9. n. 1. Bobadill. n. 77. Guazz. d. c. 38. n. 40. Paz n. 133. Decian. sup. cap. 28. n. 18. Guttier. sup. lib. 3. quest. 7. à n. 50. Cur. Phiip. num. 34. & innumeri alii ab his laudati.

Ibi : Etiam si hi mandatarii Christiani sint.

83 Assassinii quanquam Christiano nomine insigniti immunitate non gaudent, ut constat ex Bulla præallegata, & omnes fatentur, qui eos ab Ecclesia evellendos docent; nam si essent infideles ob quodvis crimen in locis sacris non sunt tuti, ut probabitur cum Domin. Covarruv. infra, num. 11. versic. Decimo tertio, & in specie notant Guttier. num. 51. Suar. ubi proximè, Delbene n. 7. ubi alii, licet d. c. 1. de infidelibus loquatur.

Ibi : Sic sanè crimen istud assassinium.

84 Assassinus autem est tam mandans, quàm mandatarius, quare uterque Ecclesiæ immunitate censetur indignus, ut sub prædicta Bulla comprehensus, Scar. num. 16. Bobadill. Decian. Cur. Phiipp. supra, Paz num. 136. Peregrin. de immunit. cap. 7. num. 29. Farinac. sup. Bonacin. n. 6. Ambrosin. de immunitat. cap. 7. num. 1. Delbene n. 3. 7. Guazzin. dict. n. 40. qui omnes de mandante his locis loquuntur : licet Henric. Bocer. in tract. de homicid. lib. 1. cap. 3. num. 4. asserat mandantem, assassinum non esse.

85 Sciendum est assassinium non committi, si quis, conductis pecunia hominibus, inimicum aggrediatur, & ille interficiatur à sociis, nec erunt ut assassini ab Ecclesia extrahendi; Dian. sup. vers. Secundo limitatur, Hieronym. Gabr. conf. 180. num. 11. cum seqq. lib. 1. Guazz. num. 42. vers. Sed omittendum non est, Bertazz. conf. 142. n. 13. volum. 1. Delbene sup. sect. 3. n. 2. vers. Quinimo, Farinac. d. cap. 8. n. 13. Ambrosin. n. 7. Bonacin. n. 5. Bajard. ad Clar. §. Assassinium, n. 5.

86 Eadem ratione qui inimicum communem sibi & alteri, accepta ab hoc pecunia, interficit, reus assassinii non habebitur, nec Ecclesiæ immunitate carebit : Delbene ubi proximè, num. 2. Farinac. num. 132. Peregrin. c. 7. num. 45. Guazzin. vers. Et si committens, Dian. sup. vers. Unde primo limitatur, Bonacin. d. num. 5. Grammatic. conf. 52. num. 49. Bajard. n. 20. Idem est de milite, qui stipendium accipit; nam etsi hostes perimat, assassinus non est, Delbene d. sect. 3. in fin. Bonacin. n. 4. Ambrosin. ubi proximè, Bajard. num. 3.

87 DD. communiter in d. c. 1. de homicid. in 6. præmittunt, assassinium committi, cum incautus pro mercede quis enecat. Sed videtur quòd etsi aliquis occidat alterius inimicum non incautus, sed prævidentem se ab eo occidendum, veluti si esset ad singulare certamen provocatus, nihilominus assassinus reputabitur; nam etsi in l. 3. tit. 27. part. 7. Assassinii dicantur, qui proditoriè homines incautos enecant, id à communiter accidentibus dictum est, cum hujusmodi homines non nisi per insidias homicidia committant. Ant. Gom. d. lib. 3. c. 3. n. 10. vers. Item etiam dicitur : non quod assassini non sint, qui ob pecuniam homines etiam præcavescentes extinguunt; præcipua namque malitia hujus criminis provenit ex eo, quod propter lucrum, atrocissimum homicidii delictum perpetretur; Ant. Gom. d. n. 10. D. Cov. infra, n. proxim. Unde non pauci de assassinis tractantes, hujus qualitatibus, quòd incautus occidatur non meminere, ut Menoch. de arbit. cas. 360. à n. 41. Clar. d. §. Assassinium, Gonni d. fallent. 15. n. 2. 3. Quod etiam corroboratur ex præfata Bulla Gregor. XIV. ubi excipitur qui proditoriè proximum occiderit, & assassinus, ne immunitate gaudeant; si enim assassinus non esset, nisi qui, sublata defensione, interficit infidiosè, superfluum foret de eo mentionem fieri, cum sub exceptione occidentis proditoriè ipse assassinus contineretur : quod argumentum deduci potest etiam ex il-

lis, qui de immunitate Ecclesiæ differunt, qui separatim de occidente per insidias, & de assassino loquuntur, ut videre est apud laudatos sup. Nec valet respondere, quod Pontifex, & DD. agunt de assassinis, de quibus in d. c. 1. quoniam illi infideles jam non sunt qui grassentur, ut advertit Delbene sect. 1. num. 5.

Ex quibus omnibus concludendum est, quòd ut assassinium 88 committatur, non est præcisè necessarium quod aliquis incautus occidatur, quanquam ita ferè semper contingat; ipse verò mandans prodicionem admittit, qui securus alteri mortem latenter machinatur; quo sensu proditorium crimen istud rectè nuncupatur, quidquid tenuerit Paz num. 140.

Dubium est, utrum immunitate gaudeant delinquentes, si homo infidelis occisus propter pecuniam ex alterius mandato fuerit; & affirmativam partem sequitur Domin. Covarruv. hoc n. 9. & num. 10. versic. Quinò, hinc apparet, Dian. d. resolut. 11. vers. Tamen ego, Clar. dict. §. Assassinium, num. 2. ubi Bajard. n. 13. Ambrosin. sup. n. 12. Guttierrez n. 8. Paz. n. 135. 140. Novar. in conclusionib. jur. Pontific. conclus. 43. n. 22. Guaz. sup. vers. Ac etiam requiritur, Mascard. de probat. conc. 138. n. 13. Farinac. in prax. 9. 123. n. 33. Hæc sententia probatur in d. c. 1. de homicid. ubi assassini dicuntur, qui Christianos enecant.

Sed contra sentiunt Delbene sect. 2. Mar. Ital. lib. 1. c. 5. 90 §. 4. num. 20. Peregrin. dict. cap. 7. n. 39. Decian. ubi proximè, Bonacin. num. 9. Henric. Bocer. sup. lib. 1. cap. 3. num. 14. Farinac. sibi contrarius de immunitat. cap. 6. nu. 122. Ratio est, quoniam ad crimen assassinii nil aliud requiritur, nisi quòd homo propter pecuniam ex mandato alterius perimatur; quod utriusque contingit, licet infidelis occisus sit : Nec obstat dict. cap. 1. ubi agitur de illis assassinis, qui in odium veræ Religionis Christianos, mercede constituta, perimebant, ut infideles; illi verò, quos nunc assassinus appellamus, & de quibus quod ad immunitatem Ecclesiæ, sermo est, Christiani sunt, nec odio fidei, sed aviditate lucri homicidia perpetrant; quare licet ad incurrendas penas contra illis assassinis utentes, opus sit, quòd fidelis occidatur, illi necesse non est, quando de assassinis fidelibus, qui ob mercedem occidunt; tractatur, cum cesset ratio odii fidei. Alioqui si omnia requisita d. c. 1. deberent concurrere in assassinis omnibus præcisè, non esset assassinium si fidelis sit, qui interficit; nam in eo textu agitur de infidelibus homicidis. Secundum quæ hæc ultima opinio magis placet.

Sed cum opposita valde probabilis sit, quæri juxta 91 eam solet, si constet, hominem per assassinum peremptum, non tamen appareat an Christianus, vel infidelis sit, quid præsumendum? & quidem si in territorio Christianorum reperitur peremptus, Christianus censebitur, alioqui infidelis judicabitur; Delbene sect. 2. num. 8. Bonacin. num. 10. Julius Clar. num. 2. Sed si in eo loco fideles, & infideles publicè commorentur, occisus baptizatus non creditur, sed probari debet, Guazzin. in dict. n. 42. versic. Si verò non constaret, Dian. ubi proximè, qui refert Novarium, Pactan. & alios tenentes absolute hominem Christianum non præsumi; quibus junge Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 14. num. 8. Quidquid novissimè tradat Just O'edob. in cautel. crim. qui opinatur, reo incumbere onus probandi, occisum esse infidelem; quod est intelligendum juxta distinctionem supra traditam.

Quæritur, an assassinii reus sit; qui pecunia ab aliquo 92 accepta bannitum occidit; & negativè resolvit G. eg. Lop. in l. 3. glof. 4. tit. 27. p. 7. ex Alberico, & Nello, de quo Decian. tom. 2. lib. 9. c. 30. n. 19.

Item quæritur de eo, qui mandatum suscepit de oc- 93 cidendo pro pecunia, si mors non sequitur, sed devotum sit ad actum proximum vulnere, vel insultationis; & assassinum esse qui fecit quod potuit, consequenterque Ecclesiæ immunitate privandum, tenent Barbof. de univers. jur. Eccles. lib. 2. capit. 3. numer. 97. Peregrin. supra, numer. 31. Bobadill. numer. 35. 77. Bonacin. numer. 6. versic. Ad hoc valere, Gambacurt. de immunitat. cap. 34. numer. 12. Curtell. eod. tract. lib. 1. quest. 18. Guttier. dict. 9. 7. num. 54.

num. 54. cum seqq. Gonni fall. 15. numer. 8. in fin. fol. 100. Guazzin. dict. nu. 42. vers. Pro complemento cum seqq. Scarp. cap. 5. fol. 45. Megal. in 3. part. lib. 4. cap. 2. quest. 1. num. 20. Dian. part. 1. tract. 1. resolut. 18. vers. Dices cum, & alii; contra Delbene d. dubit. 21. sect. 3. à num. 2. Farinac. de immunitat. cap. 8. num. 123. in fin. Dian. sibi contrarium, d. resolut. 11. vers. Verum licet ego, Mascard. d. conel. 138. n. 2. 5. Theaur. in pract. Eccles. de pen. p. verb. assassinium, cap. 1. fol. 154. Layman. lib. 4. tract. 9. c. 3. n. 9. & alios; quod benignè potest amplecti.

Item de mandante dicendum est cum Delbene sect. 5. 94 Suar. dict. cap. 11. num. 16. Mascard. n. 4. Franc. Leo in thesaur. p. 1. cap. 23. num. 27. & aliis proximè laudatis, contra Mar. Ital. lib. 1. cap. 3. §. 3. num. 130. Bocer. sup. lib. 1. c. 1. num. 4. Vtrum eff. tu non sequuto, pena ordinaria mandanti, & mandatario sit imponenda; quæstionis est; de qua latè per Farinac. in prax. 9. 123. à n. 19. Guttier. d. n. 26. Cevall. tom. 1. q. 540. à n. 5. Molin. de justit. tom. 4. disputat. 25. Decian. c. 30. ex num. 13.

Ille verò, qui operam suam locat ad vulnerandum 95 duntaxat, assassinus non est, unde ei auxilium immunitatis non denegabitur, Farinac. de immunitat. d. c. 8. n. 134. Dian. d. resolut. 18. vers. Non reticeam, Guttier. n. 591. Delbene d. sect. 4. n. 1. Decian. ubi proximè, num. 41. Cevall. tom. 2. q. 901. in princ. ubi alios refert : Bonacin. num. 7. Peregrin. nu. 11. Guazz. vers. Secus erit, si mediante, Bajard. supra, num. 2. Anton. Gabr. commun. conclus. 1. de delict. num. 30. Ambrosin. num. 11. & alii. Hinc colligi potest, quid dicendum de illo, qui ex mandato alterius propter pecuniam fustibus cædit, vel alapam impingit; hic enim propriè assassinus non est, quanquam ob immanitatem facinoris, si homini nobili injuria fiat, & etiam ob prodicionem, contrarium posset sustineri; maxime attentæ eorum opinione, quibus placet, his non esse immunitate subveniendum; etiam si pecunia, & mandatum non interveniat; de quo etiam sup. num. 74. quod in hac specie facilius admittendum est, cum deterius delinquantur. Nec defunt, qui affirmant, assassinum dici, qui quomodolibet propter mercedem delinquit, ut refert Gonni sup. ex n. 3. quæ tamen cum non omnino juris sanctione comprobentur, consuetudini attendendum est, & super eo alii cogitent.

Nomine assassinorum in hoc tractatu continentur, 96 qui illis, ut assassinis favet, receptando, vel defendendo; quod colligitur ex d. c. 1. de homicid. in 6. & notant Delbene sect. 6. num. 1. Farinac. num. 124. Peregrin. numer. 35. Gonni num. 9. Bonacin. ubi proximè, vers. Secundo sequitur Guttier. num. 63. Decian. dict. cap. 30. num. 42. Paz d. cap. 3. §. 3. num. 140. Idem est de sociis, aliisque ad crimen perpetrandum cooperantibus, Guazzin. sup. d. num. 42. in fin. Bonacin. num. 6. Peregrin. num. 37. Barbof. ubi proximè, Curtell. d. quest. 18. num. 6. & alii apud Delbene num. 2. De proxenera verò est controversia, quoniam eum, qui inter mandantem, & mandatarium intercedit, non comprehendit assassinorum appellatione, sentiunt Dian. part. 4. tractat. 1. resolut. 33. Gambacurt. lib. 5. cap. 34. n. 14. Anton. de Marin. quotidianar. resolut. c. 171. n. 5. Novar. sup. tit. de immunit. Eccles. n. 72.

Inter assassinos etiam numeratur testis qui pecunia, 97 vel alio æquivalenti corruptus falsum testimonium fert, ex quo aliquis capitis penas innocens det : quod utique de Judice sententiam mortis in insontem propter lucrum proferente dicendum est; Peregrin. dict. cap. 7. n. 42. Mar. Italia lib. 1. cap. 5. §. 4. & 5. num. 114. 115. Curtell. supra, q. 19. n. 14. 15. Delbene d. dubit. 2. sect. ultim. ex num. 1. Bonacin. n. 8. etsi oppositum probabile sentiat Dian. part. 1. tract. 1. resolut. 17. in fin. qui immunitate non gaudent, ut præfati DD. affirmant.

Sed si quis, mercede constituta; jussit hominem necari, & ante effectum subsequutum revocaverit mandatum, qua non obstante revocatione assassinus mortem intulit, quæri solet utrum mandans assassinus habendus sit? Affirmat Farin. de immunit. cap. 8. num. 128. & in prax. 9. 123. num. 26. 29. 82. Decian. verò d. cap. 30. num. 37. videt sententiam contrariam, quando mandatarius sciens revoca-

tionem antequam ad actum proximum deveniret, nihilominus occidit. Cui accedit Delbene sect. 5. in fin. ex locis, ad quæ se remittit Guttier. sup. a num. 44. At Farinacii sententia de jure verior videtur, non tam quia mandans ex parte sua delictum consummavit, quàm quod in casu, de quo agimus, non est propriè mandatum, sed contractus locationis; l. non solum 1. §. Proculus, ff. de injur. licet ex eo actio ob turpem causam non detur, ut advertit Decian. ubi proximè, num. 2. Atque ita cum utriusque gratia celebretur, licet conductor velit resiliere; locator renuit; ne mercede privetur; quod naturæ contractus convenit, l. sicut 5. C. de actionib. & obligation. qui etsi iniquus & nullus sit, ejus leges inter contrahentes observantur. Quare tunc existimo Deciani veram esse sententiam, si mandans constitutam mercedem pro homicidio traditam remittat, aut promissam solvere non recuset, cessat enim ratio occidendi, contractusque servatur, interesse soluto, arque ita si postea mandatarius delictum perpetret, mandans ut assassinus puniri non debet; qui omnem occasionem delinquendi, quam præstiterat, removet.

Nec obstat quod de mandato traditur communiter, 99 ut eo revocato, mandans penas delicti non incurrat, ut videre est apud Delbene, d. tractat. de immunitat. Eccles. tom. 1. cap. 2. dubit. 8. sect. 9. Decian. d. lib. 9. capit. 36. numer. 32. cum seqq. Nam id procedit, quoniam mandatarii nihil interest, mandatum exequi, quod gratia mandantis duntaxat est adimplendum, cum res integra sit revocationis tempore, ut notavit Delbene numer. 4. Assassinii autem refert, supposita conventionione, mortem inferre, undè manifesta est disparitatis ratio.

Ex his constat, ad assassinii crimen committendum, 100 necessariò desiderari, quòd aliquid pretio æstimabile promittatur; vel præstetur propter homicidium, ut supponunt omnes ex d. c. 1. de homicid. in 6. & quòd sola promissio, sit satis, docent Delbene dict. dubit. 21. sect. 1. numer. 8. Farinac. dict. cap. 8. numer. 125. Menoch. cas. 360. numer. 42. Bonacin. numer. 2. vers. Tertio pro illis, Guttier. cum aliis, numer. 20. Hinc quæritur, si res exigua sit, quæ datur, vel promittitur, utrum assassinium committatur? Negant Farinac. dict. quest. 123. numer. 43. & dict. cap. 8. numer. 127. Bonacin. numer. 3. vers. Idem dici potest, Vulpell. conf. 143. numer. 9. Ambrosin. cap. 7. numer. 9. Dian. dict. resolut. 11. vers. Quarto limitatur. Quod rectè limitat Delbene numer. 10. 11. quando constaret propter rem etiam minimam homicidium fuisse patratum, imò gravius delinquitur, cum magis vita proximi vilipendatur; de quo vide Castr. Pala. tom. 2. tract. 11. disp. unico punct. 9. n. 34. Quæ res, vel quantitas exigua sit? Judicis arbitrio relinquatur, Menoch. de arbitrar. cas. 52. num. 11.

Res autem pretio æstimabilis in assassinio dicitur 101 etiam simoniacè, vel usurariè data aut promissa. Undè si quis beneficium promittat, ut homo occidatur, vel mutuet, crimen hoc perpetratur; nam sufficit, quòd propter commodum delinquatur, Delbene d. dubit. 21. sect. 1. Decian. lib. 9. cap. 30. num. 17. Bonacin. sup. punct. 16. §. 9. Dian. d. resolut. 11. Bajard. ad Clar. in §. Assassinium. Quicquid doceat Guazzin. d. num. 42. vers. Nec ex mutuo; ex quibus nota assassinum non esse, qui nulla præcedente promissione, spe tamen aliquid consequendi homicidium ex alterius mandato perpetrat, ut pluribus laudatis probat Delbene n. 15.

Illud tandem animadversio dignum est, ut si pater 102 jussit filio, quemquam occidere, pecunia, vel æquivalenti alio dato; vel promisso, non committatur assassinium; quia præsumitur filius interficere proprio odio quod habet adversus patris inimicum, juxta doctrinam traditam supra, num. 86. Ita Decian. dict. cap. 50. num. 18.

Ad Num. 10.

De atrocitate, & penis assassinii latè differunt Decian. d. c. 30. Ant. Gom. lib. 3. cap. 3. num. 10. Guttier. d. q. 7. Clar. §. Assassinium, & ibi Bajard. Farinac. in prax. 9. 123. num. 6. 7.



num. 6. 7. & DD. communiter in dict. c. 1. de homicid. in 6. Qui advertunt cum D. Covar. in presentibus, deterius delinquit propter pecuniam, quam si ea non interveniret; Gregor. Lop. in l. 3. Glos. 1. tit. 27. p. 7. Paz. dict. § 3. num. 137. Anton. Gom. ubi proximè, Decian. 6. num. 4. Guttier. num. 61. Gonni dict. fallent. 15. num. 6. fol. 160. column. 3. post princip. Clar. num. 7. in fin. Imò quod fieri absque pœna gratis potest, pretio interveniente punitur acerrimè, l. marini 29. §. plectitur. ff. ad leg. Jul. de adulter. Capyc. decis. 155. in 6. dubitat. Decian. ubi proximè. A qua criminis immunitate provenit, ut in leviores probationes ad pœnam etiam ordinariam imponendam sufficiant, quam regulariter in aliis, Decian. num. 22. Roland. conf. 14. n. 14. volum. 4. Clar. sup. num. 6. Guttier. num. 21. Cevall. d. quest. 901. n. 43. & plures apud Barbol. in collectan. ad dict. capit. 1. numer. 20. Quod in eo textu expressim cautum habetur. Quicquid dicat Delbene auct. sect. 1. in fine, quoad immunitatis privationem.

Ibi: Sed ut ad assassinos redeam.

103 Quamquam omnes fateantur, decisionem dict. capit. 1. de homicid. in 6. fuisse promulgatam adversus eos, qui infidelium opera utebantur ad Christianos occidendos; communi tamen Interpretum consensu ad illos extenditur, qui pecunia homines conducunt ut homicidia perpetrent, sive Christiani, sive infideles sint: & ita contra D. Covar. pœnas illius constitutionis incurrere, docent Delbene dict. sect. 1. num. 7. Farinac. in prax. quest. 8. num. 83. & quest. 123. num. 21. Bobadill. in Politic. tom. 1. lib. 2. c. 18. num. 57. Guttier. num. 4. Brun. à Sole in questionib. legal. quest. 34. num. 25. Gregor. Lop. ubi proximè, Mar. Italia sup. lib. 2. cap. 5. num. 149. Decian. num. 4. Anastas. Germon. de Sacror. immunit. lib. 5. cap. 16. num. 67. Clar. num. 1. Ambrosin. de immunitat. cap. 7. num. 1. cum seqq. Barbol. in collectan. ad d. cap. 1. num. 24. & alii innumeri, quos hi referunt. Quæ sententia cum sit consuetudine comprobata (quæ est optima legum interpret, l. ff. de interpretatione 37. ff. de legib. ubi testantur Gregor. Lop. Decian. Bobadill. Brun. & ceteri ubi supra, omninò amplectenda est in praxi: quamquam contrariam, quam D. Covar. hic tuetur, de jure verior videatur; ut sentiunt Suar. de censur. disp. 23. num. 46. Petr. Gregor. synagmat. jur. part. 3. lib. 35. capit. 5. num. 2. vers. A quibus Navar. in Manual. cap. 27. num. 136. Plaza in Epitom. delictor. lib. 1. cap. 22. num. 43. Anton. Columb. de controversiis in caus. crimin. art. 157. & alii tam Theologi, quam Jurisperiti, quos refert Gonni dict. fallent. 15. & Guttier. sup. num. 3.

Ibi: Scribunt etenim Archidiaconus.

104 Assassini per translationem, & similitudinem dicuntur etiam fideles, qui pecunia, vel alio æquivalenti conducti homines enecant; propriè tamen erant populi quidam infidelium ex Syria, qui Mahometis errorem profitebantur, à Barbaris sanctissimi habebantur, putabantque opus pium exercere occidendo suæ sectæ, vel Principis inimicos, propter quod mortem oppetere minimè formidabant, horum opera Christiani aliqui opprimebantur ex mandato etiam fidelium, qui illos, mercede constituta, conducebant; de quibus agit in dict. cap. 1. de homicid. in 6. Notatur per Menoch. cap. 360. ex num. 40. Delbene dict. sect. 11. num. 3. Bobadill. sup. vers. Volaverrano scribe, Suar. dict. capit. 11. numer. 15. Petr. Gregor. ubi proximè, numer. 2. Bonacin. dict. §. 9. numer. 2. vers. Respondeo nomen, Guttier. num. 2. Decian. d. cap. 30. num. 1. Gonni fallent. 15. numer. 2.

Vers. Primum verè censo.

105 Quod Summus Pontifex in d. capit. 1. pœnis in eo stabilitis afficiat laicos etiam sibi in temporalibus non subditos, probant adversus D. Covar. Decian. numer. 5. Guttier. num. 19. Clar. num. 4. & alii laudati sup. num. 102. in princip. qui ita sentiunt. Ratio est, ut ait Guttier. quia

hoc crimen, etiam si fidelis occidat, atrocissimum, crudele, & inhumanum est, ut præter citatos sup. num. 103. in princip. notant Monticel. reg. crimin. 6. num. 2. 3. Barbol. in collectan. ad d. cap. 1. num. 2. Cevall. d. quest. 901. num. 28. Quamobrem potuit Summus Pontifex pœnas temporales statuere in eos, in quos temporalem potestatem non habebat; cum in utroque casu ratio atrocitatis delicti militet. Per contrarium quos pro D. Covar. citavi d. n. 104. in fin. hanc quoque ejus conclusionem probasse, consequens est. Quæ magis juri convenit. Vide Pat. Suar. de legib. lib. 3. cap. 6.

Ibi: Nam licet jurisdictio temporalis.

Jurisditionem spiritualem à temporali distinctam esse probant, cap. licet ex suscepto 10. de for. competent. cap. solita 6. de ma. orit. & obedunt. cap. duo 10. 96. distinct. l. 3. tit. 1. lib. 4. Recopilat. Glos. verb. ad Regem, in cap. causam 7. qui fil. sint legitim. Cardin. Bellarmin. controversiar. lib. 5. de potest. Pontif. tempor. cap. 6. col. 1. 2. Bobadill. in Politic. tom. 1. lib. 2. cap. 17. a princip. Fulf. de vi stat. lib. 2. cap. 21. ex n. 1. Decian. sup. tom. 1. lib. 4. cap. 11. num. 1. Caltr. de leg. pœnal. lib. 2. cap. 10. pag. 436. Azeved. in d. l. 3. Recopilat. n. 1. Cevall. commun. tom. 1. quest. 739. num. 8. ubi latè, & alii plures apud Bobadill. cap. 18. num. 60. lit. B. Utraque tamen residet in Summo Pontifice saltem habitu, ut probant ex aliis Bobadill. d. cap. 17. à num. 3. Cevall. ex num. 46. atque ita publica delicta laicorum, quorum in temporalibus non est dominus, valet coercere, Anastas. Germon. de Sacror. immunit. lib. 2. in princip. numer. 19. Bobadill. numer. 10. vers. Bien consta. De quo vide Pat. Suar. ubi proximè.

Ibi: Imò & Imperator ipse.

Imperator quoque si pecunia, vel æquivalenti fecerit hominem interfici, adhuc per assassinum Christianum, pœnis dict. cap. 1. subiacet; Guttier. ubi proximè, Decian. d. cap. 30. num. 6. Hostiens. in d. capit. 1. num. 19. Farinac. d. quest. 123. num. 23. & idem de Cardinalibus scribit Mart. de jurisdict. part. 4. cas. 85. num. 11. & cas. 129. num. 3. ac de Episcopis, vel Archiepiscopis, Clar. numer. 3. Farinac. num. 25. Decian. num. 15.

Vers. Secundo, infero.

108 Quod excommunicatio, de qua in d. capit. 1. non liget eos, quos vulgò assassinos appellamus, quando scilicet per hominem Christianum homicidium perpetratur docent D. Covar. sequuti Bonacin. tom. 3. de excommunic. extra Bull. disp. 2. quest. 2. punct. 33. Navar. d. capit. 27. n. 136. Suar. ubi proximè. sect. 4. num. 47. & alii, quibus addendi sunt relati sup. num. 104. in fine, qui cum D. Covar. contra Communem tenent. d. capit. 1. ad eos, qui per Christianos assassinos alios perimunt, non pertinere. Tamen his adversatur eadem communis sententia, quæ pœnas dicti textus ad hujusmodi delictum extendit, cujus fautores ibidem laudavimus; & in specie quoad excommunicationem quod hodie incurritur per assassinos Christianorum opera utentes, mercede constituta, ad Christianos utique interficiendos, sentiunt Sayr. de censuris, lib. 3. capit. 34. num. 21. Filliuc. tract. 14. capit. 4. quest. 10. numer. 65. Guttier. num. 1. 3.

Vers. Tertio, eadem ratione.

109 Ad hæc quoque videnda sunt tradita sup. num. 104. nam qui D. Covar. sequuntur ibi, hanc utique illationem defendunt. At qui Communem amplectuntur, etiam sentiunt, diffidatum, seu bannitum esse, qui per homines fideles, vel infideles, pretio conductos, Christianos extinguunt more Assassinorum, ut expressim notat Guttier. ex n. 11. Clar. n. 4. Carrer. in prax. crimin. §. 1. n. 8. Decian. d. c. 30. n. 7. Sayr. in clau. Reg. lib. 7. c. 11. n. 12. Farinac. d. q. 123. n. 8. Cardos. in prax. judic. verb. Assassinus, num. 3.

Ibi:

Ibi: Ea verò diffidationis pœna.

110 Diffidatus dicitur, qui à quocunque impunè occidi potest, Decian. ubi proximè, Cevall. dict. quest. 901. num. 5. Ruin. conf. 4. numer. 14. volum. 5. Barbol. in collectan. ad dict. capit. 1. numer. 19. Gregor. Lop. in l. 3. Glos. 4. titul. 27. p. 7. (ubi quod poterit impunè occidi propter pecuniam ab inimico acceptam, ut dixi sup. num. 92.) Guttier. num. 11. Sed an pater filium diffidatum possit absque pœna occidere? Negat Decian. sup. contra Carrer. dict. numer. 8. Similiter nec frater, aut filius patrem, vel fratrem occidere potest, Menoch. cum aliis conf. 1189. numer. 28. 29. & de arbivar. lib. 1. p. 90. numer. 43. quem vide ex numer. 48. ubi de occidente bannitum ob propriam inimicitiam, vel proditoriè, quos extra ordinem puniendos docet, & Clar. in prax. §. Homicidium, à numer. 59.

Ibi: Nec mirum ita à Romano Pontifice.

111 Princeps Ecclesiasticus potest condere legem irrogantem pœnam mortis pro aliquo delicto, quamquam sententiam judicalem, qua aliquis ad mortem damnetur, ferre non permittatur, Decian. numer. 8. Guttier. num. 16. qui etiam D. Covar. sequuti allerunt, non fieri irregularem, qui Principi seculari consilium præstiterit, ut legem condat sub pœna mortis aliquid prohibentem. Ratio est, quia neminem in particulari lex morte afficit, sed solum generaliter transgressoribus illam minatur, quemadmodum etiam licet scriberis librum, etsi Ecclesiasticus sit, instruere Judices in causis criminalibus; ut ex aliis probat Bobadill. dict. lib. 2. capit. 17. numer. 27. omninò ad præmissa videndus ex numer. 24. Quid si Confessarius, vel Doctor consulatur à Judice, num teneatur eum occidere? & respondeat teneri, non effici irregularem, docet Dian. post alios part. 3. tract. 5. miscellan. resol. 80. licet plerique aliter sentiant, illud autem in communiter probatur, posse absque irregularitatis periculo dicere, quid in communi legibus cautum sit non consulendo in particulari, nec aperiendo quid ipse sentiat in casu, de quo interrogatur; ut docent DD. quos idem Dian. ibi refert, ubi etiam alii, qui existimant nullo modo interrogato licitum esse in causa sanguinis respondere.

Vers. Quarto, eadem ratione constat.

112 Assassini reos esse ipsos, qui locant operas suas, ut homines perimant, atque ita Ecclesiæ immunitate non gaudere, probavi ex pluribus sup. numer. 84. & quod pœnis omnibus statutis in dict. capit. 1. affici debeant, cum earum capaces sunt, ut fideles, qui hodie propter pecuniam aliorum inimicos enecant, docent Delbene dict. capit. 16. dubit. 21. sect. 1. num. 16. Farinac. dict. quest. 123. numer. 19. Guttier. numer. 18. Decian. numer. 9. Scortia theoremat. 385. Boff. in prax. tit. de mandat. ad occidend. numer. 13. Paz. num. 137. Gonni dict. fallent. 15. n. 7. fol. 100. Salced. ad Bernard. Diaz in prax. cap. 96. al. as. 100. vers. Secundus casus, Cantera in questionib. crimin. quest. 1. de questionib. tangent. punit. delict. capit. 6. numer. 48. Barbol. sup. numer. 7. licet contra sentiat Greg. Lop. in l. 3. Glos. 5. titul. 27. p. 7. Notandum verò est, quod etsi in dict. cap. 1. mentio non fiat Assassinorum infidelium, qui Christianos occidebant, non fuit ex defectu potestatis, sed quia pœnæ ibi statutæ illis non conveniebant; Pontifex enim potest, maximè pro defensione fidelium, pœnas statuere adversus infideles, ut latè & eruditè probat B. Joan. Capistran. de Autho. Pontific. part. 2. principal. à princip. in tract. D. D. tom. 13. fol. 38. Gregor. Lop. in l. 2. Glos. 3. titul. 23. p. 2.

Ibi: Imò ipsos interfectores.

113 Qui Assassinorum more conducti pecunia homines interficiunt ultimo supplicio affecti membratim scinduntur, solentque ad caudam equi in locum supplicii

trahi, ut observant Clar. dict. §. Assassinium, numer. 4. Plaza in epit. delict. lib. 1. capit. 19. numer. 5. Canter. sup. numer. 49. Guttier. numer. 13. Carrer. sup. §. 5. dum. 35. Decian. num. 31. Cevall. sup. num. 6. & 7. Imò cum hoc crimen committatur frequentius, proditoriè homicidium sic perpetrans, de jure Regio etiam dimidia bonorum suorum parte mulctabitur, silco applicanda; Ant. Gom. variar. lib. 3. capit. 3. numer. 10. vers. Item etiam dicitur, Guttier. numer. 15. Cant. ubi proximè, de quo est l. 10. titul. 23. lib. 8. Recopilat. Pecunia verò vel res ob homicidium accepta, debet restitui ei, contra quem mandatum est, vel ejus heredibus, Gregor. Lop. in dict. l. 3. Glos. 1. titul. 27. p. 7. Decian. numer. 35. Carrer. numer. 30. Capyc. decis. 155. num. 27. Bajard. ad Clar. sup. num. 9. qui, Decian. & alii advertunt, hæc dem assassini ad restitutionem hanc teneri, etsi lis cum defuncto contestata non sit.

Vers. Quintò hinc apparet.

Ut pœnæ de quibus in d. cap. 1. locum habeant, necesse est, quòd Christianus sit, qui interficitur, ut adnotarunt Decian. numer. 10. Carrer. numer. 15. Clar. num. 2. Boff. sup. nu. 22. Guttier. n. 8. Paz. in prax. tom. 1. part. 5. c. 3. n. 135. Plaz. sup. d. cap. 19. num. 8. Gonni d. fallent. 15. n. 7. Malfard. de probat. conc. 238. n. 23. Guazzin. sup. defens. 2. cap. 38. n. 42. vers. Ac etiam requiritur, Aloys. Ricci. in prax. aurea, resolut. 38. Farinac. in prax. q. 123. à num. 33. Zerol. in prax. Episcop. part. 1. verb. Assassini, vers. Hinc oriuntur, Peguer. crimin. decis. 5. n. 29. Quod etsi commune admodum sit, contrarium jure defendi potest, ut aliis placet, quos ipse retuli sup. n. 91. de immunitate agens.

Vers. Sextò, deducitur.

Supponendum est, prout in dict. cap. 1. disponitur, quòd Clericus assassinus jure ipso depositionis pœnam incurrit; quòd advertunt Delbene sup. tom. 1. c. 6. dicit. §. sect. 2. num. 1. Farinac. d. q. 123. n. 12. Barbol. n. 12. ubi alii, Cevall. num. 8.

Modò dubium est, an talis assassinus sit actualiter degradandus, ac Brachio seculari tradendus, ut meritas pœnas det? Negat Barbol. n. 13. ubi probat: cui sententiæ favet l. 61. tit. 6. p. 1. & ibi Gregor. Lop. Glos. 1. ubi cavetur, quòd Clericus etsi propter delicta ibi expressa sit deponendus, non tamen Curie seculari tradendus, nisi perpetret ea, quæ lege præcedenti continentur. Sed nihilominus in crimine assassinii communis resolutio est, quòd Judici seculari tradatur. Imò etsi hoc controversum valde sit, Judex secularis procedere absque actuali degradatione potest; quòd maximè obtinet, si assassinium Clericum perpetrasse, notoriè constiterit; alioqui sententia criminis declaratoria Judicis Ecclesiastici desideratur, ut secularis de Clerico assassino cognoscere valeat: de quo vide Dian. part. 1. tract. 2. resolut. 51. Delbene tom. 1. dict. sect. 2. a princip. Clar. in prax. §. fin. q. 36. num. 29. 30. Cevall. sup. d. tom. 2. q. 901. per tot. Decian. d. cap. 30. num. 21. Guttier. num. 23. 24. Farinac. in prax. q. 8. num. 86. Mart. de jurisdict. part. 4. cent. 2. cas. 129. num. 17. Carol. de Grassis de eff. trib. Clericali effect. 1. num. 668. Cartell. de immunit. Eccles. lib. 2. q. 24. num. 30. Gambacurt. lib. 7. cap. 14. num. 13. Belle. disquisit. Cleric. part. 1. tit. 3. §. 7. num. 6. Ex quibus colliges, receptius esse, Clericum assassinum non posse per Judicem laicum puniri, nisi præcedat sententia criminis declaratoria Ecclesiastici, maximè ubi delictum notorium non est.

Ibi: Nam & ipse idem opinor.

116 Hanc distinctionem D. Covar. inter Clericum mandantem, homicidium fieri per fidelem, aut infidelem, expressè rejiciunt Guttier. n. 24. Bobadill. n. 57. vers. Pero no parecè, ubi alios laudat, qui sentiunt, dispositionem d. c. 1. locum habere in Clerico conducente Christianum pecuniam, ut hominem enecet.

Vers.